UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

35: De conuersione Centurionis. Mat, 27.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

ſigno omnium maxime Chriſtum aperti inferorum portis S. Patres liberos emiſiſſe. 2. eadem morte fœtētia cordium ſepulcra aperienda eſſe, vt inde fœtor omni peccatorum exhalaret. 3. corpora iuſtorum aliquādo reſurrectura, & cum Chriſto ſine fine victura 2. Conſidera his qui que Dominicæ paſſionis ſignis, contin. effectus, quos in anima peccatoris operatur. Primo enim ſciſſo velo ignorātiæ iudicij dies, & pœnæ inferni illi obiiciūtur. 2. terra, id eſt, mens timore illorum commouetur ad reſipiſcendum. 3. cor laxen ad pœnitentiam emollitur 4. per confeſſionem è ſepulcro peccatorū extrahitur 5 reſtituitur vitæ gratiæ, & dignus fit greſſu ciuitatis ſāctæ ſupernæ Ieruſalem.

MEDITATIO XXXV.

De conuerſione Centurionis. Matth. 27. Marc. 15.

1. VIDENS *Centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, viſo terræmotu, timuit cum ſuis valde.* Conſidera quam velociter ſāguis Chriſti ſuas exerat vires, oratione tam efficaci Deo Patri oblatus, qua ꝑ crucifigētibus rogauit. Qui enim terræmotu, aliiſq; ſignis indicaban-

tur, eadem hic in animis hominum perfi-
ciuntur. Tu ſpem firmam concipe, cum
tuis neceſſitatibus nunquam defore, qui
etiam carnifices ſuos ad pœnitentiã reuo-
cauit. 2. Conſidera, quæ cõuerſionis Cen-
turionis, ſociorumq́; fuerit cauſa, nempe
qui ex aduerſo ſtabat, id eſt, mores, geſtus
& verba Chriſti ſedulo obſeruabat; ſic tu ſi
conuerti velis, diligenter perlege vitam
Chriſti, eiusq́; virtutes obſerua. 3. conſi-
dera, omnes timuiſſe conſpectis miraculis Prou.
quia *initium ſapientiæ eſt timor Domini.* 1.

Et glorificauerunt Deum, dicentes Vere hic 2.
homo iuſtus erat. Vere hic homo filius Dei Luc.
erat: Conſidera hunc primum crucis Do- 23.
minicæ fructum eſſe, vt Deo ſua gloria in-
tegra fide tribuatur, & quidẽ à carnifici-
bus ſuis. Magna bonitas Domini tanta fa-
cilitate eorum crudelitatem in manſuetu-
dinem commutantis, & opprobria in lau-
des angelicas conuertentis. 2. conſidera
ingens miraculum, in morte atroci & infa-
mi illum à gẽtilibus agnoſci Deũ, qui vix
homo præ corporis deformitate videre-
tur. Nẽpe ſanguis Chriſti ea credẽda per-
ſuadet, quæ etiam omnem fidem huma-
nam excedunt.

Omnes quoque è turba videntes, quæ fie- 3.

 bant.

bant, percutientes pectora ſua, reuertebantur. *Stabant autem omnes noti eius à longe, &* *mulieres multæ, quæ in Galilæa miniſtrauerant* *ei.* Conſidera, terræmotu, & aliis ſignis turbam moueri, vt incipiant confiteri eum, quem ante ſpreuerant; vt diſcas aduerſitatem ſæpe vtiliorem eſſe proſperitate, quæ reddit nos cordatiores. 2. conſidera à longe ſtetiſſe mulieres notas, quæ Chriſto miniſtrarãt, vt diſcas hanc mercedem rependi earum caritati & eleemoſynis, quod ad crucem vſq; perſeuerarint, ſed à longe ſtetére, quia exigua earum crux fuit, ſi cum Chriſti cruce conferatur.

MEDITATIO XXXVI

De latere Chriſti aperto. Ioan. 19.

1. IVDÆI, *quia erat dies Paraſceues, rogarunt crucifixorum frangi crura, ſed latronum tantum fracta ſunt.* Cõſidera Iudæos, cultus diuini pertextu, longè aliud voluiſſe, vt nimirum Chriſtum, quem expiraſſe neſciebant, grauiori cruciatu de hac vita tollerent: vt diſcas hominum improborum malitiã ſemper creſcere iuxta illud

2. Tim. *Mali homines & ſeductores proficiẽt in peius.*

3. 2. Conſidera, vtrumq; latronem commu-

nequi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN